

nāmci-āli-ʿOḡmān Ibn-Sultān ʿAlā-ed-dīn, Conspectus omnium imperii turcici provinciarum in septem capita et clausulam divisus et *Murūd-Pāschae*, summo Veziro Sultani Ahmedis I (Chr. 1603—17) dedicatus ab *ʿAin-ʿAlī*, qui se Timariorum praefectum (*sābiqan Deftheri-chāqānī-emīnī*) fuisse dicit. E praefatione opusculi sequentis intelligitur, auctorem huius conspectui nomen imposuisse *Cholāfci-madhāmīnī-deftherī-dīwān*. 2) f. 39 v. — 58 r. *Risālci-wazhīfeh-chōrānī-merūthibi-bendegānī-āli-ʿOḡmān*, Conspectus eorum qui, muneribus in imperio Othomanico fungentes, stipendia accipiunt, auctore eodem, qui se in praefatione huius opusculi, A. H. 1018 (Chr. 1609—10) et post illud prius scripti, non solum *sābiqan Deftheri-chāqānī-emīnī*, sed etiam *hālan muqābelch-chidmethinch-māmūr* (nunc camerae stipendiorum praefectum) dicit. Divisum est opusculum in quatuor *gradus* (*merthebeh*), quibus de stipendiis eorum qui muneribus militaribus et aulicis funguntur exponitur, et in duas *clausulas* (*chāthimeh*), quarum prior est de stipendiis eorum qui in summis dignitatibus ecclesiasticis et civilibus constituti sunt; posterior docet, quae variis temporibus fuerit stipendiorum in imperio turcico ratio. Cod. abs. A. H. 1030 (Chr. 1620—1).

✗ No. 234. Cod. turc. foll. 55, 8°, char. neschi scriptus, continens *Wafijjeth-nāmeh*, auctore *Muhammed Ibn-Pir-ʿAlī*, qui nomine *Birgili* notior est. Cf. Cod. 59, No. 1. In fine adjecta est precatio arabica cum versione turcica interlineari, et traditio quaedam de precatone fabricifuga, quam Ibn-ʿAbbās a Muhammede accepisse dicitur.

✗ — 235. Cod. turc. foll. 82, 8°, cujus prima pars char. diwani scripta est, duae reliquae char. neschi. Tertia vocalibus instructa est. Insunt 1) f. 1 v. — 14 r. Articuli pacis Caroloviensis, inter Sultanum Mustafam II et Imperatorem Leopoldum I A. H. 1110 (Chr. 1699) compositae. In fine notatum est, hoc apographum cum ipso exemplari archetypo collatum esse. 2) f. 16 v. — 61 v. *Kithāb-mirfūd-*

el-ʿibād, Institutio ad theologiam mysticam et vitam asceticam, a *Qāsim Ibn-Maʿhmūd*, ex urbe *Qara-ʿhifār* oriundo, e libro persico ejusdem nominis, cujus auctor est *Scheich Nedjm-ed-dīn*, turcice versa et Sultano Murado II (Chr. 1422—51) dedicata. E praefatione intelligitur, auctorem persicum opus suum regi *Keiqobād* cuidam dedicasse, item plenum nomen, quod interpres turcicus libro suo imposuit, esse: *Kithāb-irschād-el-murūd firtherdjemeth-mirfūd-el-ʿibād thoʿhfeth-Sultān-Murād*. Liber in fine mutilus est. Exciderunt etiam aliqua inter ff. 55 et 56. 3) f. 63 v. — 82 v. *Schāhedii* Vocabularium persico-turcicum, versibus conscriptum, quod jam vidimus in Cod. 8 et Cod. 221, No. 2.

No. 236. Cod. turc. foll. 110, 8°, char. nesthaʿliq scriptus, continens poëma mysticum, quod omnes vicissitudines animi humani ad perfectionem asceticam tendentis fabula quadam erotica depingit, in qua omnia, ut duae personae primariae, *Dil* (Cor) et *ʿHosn* (Pulcritudo), item ceterae omnes, ut *Cordis pater*, *ʿAql* (Intellectus), et *mater*, *Nefs* (Anima), nec non ipsa loca, sunt allegorica. Poëmatis nomen est *ʿHosn we-Dil*, vel plenius *ʿIschqi-ʿHosn we-Dil* (Amor Pulcritudinis et Cordis). Poëta est *Wāli*, qui vixit regnante Sultano Murado III (Chr. 1574—95), cujus laudes in prolegomenis celebrat. Habuit autem ante oculos duos libros ejusdem argumenti, sed orationis pedestris, quorum alterum, qui et ipse *ʿHosn we-Dil* inscribitur, composuit *ʿAhi*, alterum *Lāmiʿi*, uterque Turca. Inde se sententias plerasque mutuatum esse, in prolegomenis et f. 101 v. inf. profitetur, sed f. 102 r. se illos longe superasse gloriatur. Poëmati praemissi sunt versus multorum Doctorum et Poëtarum, qui librum sibi ab auctore oblatum comprobant et commendant.

— 237. Cod. pers. chart. orient. foll. 104, 8°, char. nesthaʿliq elegantissime scriptus, continens collectionem exemplorum epistolicorum, ab *ʿAbd-allah Ibn-Muhammed El-Merwārid*

verses d.
calam.